

VENTORVM DISTINCTIO,
nomenclatura & situs, ex recentiorum
Nautarum & Hydrographorū placitis.

HA C T E N V s uentos de antiquorum sen-
tentia duodenario numero distribuimus : fe-
cimisque quatuor reliquorum ueluti prin-
cipes , à quatuor mundi cardinibus , æquinoctiali
orientे & occasu , necnon meridie & Septentrione ,
flatu recta (quoad eius fleri potest) procedentes : &
alios insuper duos horum cuilibet sociali utrinque fœ-
dere iunctos: pro maxima solaris exortus & occasus
(ut loquuntur) amplitudine. Nunc ostendere super-
est, quomodo recentiores nautæ & Hydrographi (ma-
xime qui quotidie Oceanū aquarū parentē explorāt)
uniuersum Horizontis ambitū, cōtra antiquorū præ-
scripta , in duorum & triginta uentorū distinctionem
appositissime (quod ad rem nauticā & Hydrogra-
phicā attinet) distribuerūt. Qua in re hīc mihi monen-
dus es lector optime, nautas priscos Mediterranei ma-
ris & AEgei (quod Archipelagus incognita Oceani
uastitate nuncupabant) cum hodiernis Oceani nau-
cleris in ipsis cardinibus dūtaxat conuenire, in alijs nō
item. Nam recentiores nautæ, inter quatuor angula-
res uentos , hīc rei & doctrinæ causa à nobis reges
& principes nuncupatos, rursum quatuor (cuique spa-
tio inter duos cardines , unum) inseruerunt : quo
præcipuos inscripsérunt : nos mutuata à vitru-
vio uoce medianos : quòd ab ipsis cardinibus me-
diij ex æquo stent : factisque hinc fuit octona-
rius uentorum numerus . Deinde ascititijs illis cipui: seu
D.iii. quatuor mediani.

Superio-
rum ve-
luti Epis-
logus.

Vētiduo
& trigin-
ta apud
recentio-
res nau-
tas & Hy-
drogra-
phos.

Venti
quatuor
principes
& sub his
alij qua-
tuor pre-
cipios illis
cipui: seu
quatuor mediani.